

Sociedad Malagueña de Ciencias

BIBLIOTECA

Sala


Estante

Tabla

Número

~~5440~~

197





PHARMACOPOEIA

CLASSICA,

SEU

REGIUS MEDICAMENTORUM AD MORBOS

MEDICOS SPECTANTIUM CATALOGUS

IN USUM

MEDICINÆ, AC CHIRURGIÆ

REGIÆ CLASSIS PROFESSORUM

IN HOC REGIO NOSOCOMIO, ET IN NAVIBUS, TAM
bellicis, quàm onerariis Hispaniarum nostro Regi potentis-
simo servientium elaboratus

CURA, ZELO, ET STUDIO

*D. D. LEANDRI DE VEGA, REGIÆ SCIENTIA-
rum Hispalensis Academiae Socij, in hoc Regio ac Illustri
Gadium Chirurgorum Collegio Medicinæ practicæ Profes-
soris, Regis Domini nostri Clementissimi à Cubiculo
Medici, & suæ Regiæ Classis Proto-
Medici Generalis.*



GADIBUS: 1760

APUD D. EMMANUELEM XIMENEZ CARREÑO, VIA LATA.

PA/892

H- MED- 197

PHARMACOPEA

DE LA ARMADA,

O

REAL CATALOGO DE MEDICAMENTOS
PERTENECIENTES A LAS ENFERMEDADES MEDICAS,

TRABAJADO PARA EL USO DE LOS


MEDICOS, Y CIRUJANOS

DE LA REAL ARMADA,

QUE SIRVEN A NUESTRO MUY PODEROSO REY DE
España en este Real Hospital, y en los Navios, asi de
Guerra, como Marchantes.

POR EL CUYDADO, ZELO, Y APLICACION

*DE D. LEANDRO DE VEGA, SOCIO DE LA Aca-
demia Real de Ciencias de Sevilla, Maestro de Medicina
práctica en este Real, y Ilustre Colegio de Cirujanos de
Cadiz, Medico de Camara del Rey nuestro muy Cle-
mente Señor, y Proto-Medico General de
su Real Armada.*



CADIZ: 1760

POR D. MANUEL XIMENEZ CARREÑO, CALLE ANCHA,

SOCIEDAD ESPAÑOLA DE CIENCIAS
BIBLIOTECA


REAL ORDEN DEL REY nuestro Señor para la Impresion de esta Obra.

Haviendo sido de la aprobacion del Rey el Formulario de medicinas, que para el uso, y curacion de los enfermos de ese Real Hospital, y Navios de Guerra, y Marchantes ha formado el Proto-Medico de la Armada Don Leandro de Vega, y V. S. me remitió con Carta de nueve del corriente, exponiendo lo util, y importante que le consideraba; lo participo á V. S. devolviendolo para su noticia, y gobierno, en inteligencia de ser el ánimo de S. M. que la impresion del expresado Formulario se practique en los terminos que V. S. propone. Dios guarde á V. S. muchos años. Madrid 24 de Julio de 1759. = El B.^o Fr. Don Julian de Arriaga. = Señor Don Juan Gerbaut.

CO-

RECIBIDA EN LA BIBLIOTECA DE CIENCIAS

BIBLIOTECA



COLENDISSIMIS , SOLERTISSIMIS,

EXPERIENTISSIMIS,

RERUMQUE PHYSICARUM , AC MEDICARUM cognitione , & usu Eminentissimis Regiæ Classis Medicinæ , ac Chirurgiæ Professoribus , ac Magistris

EXORDIUM.



Ccipite ergo , Colendissimi Viri , hanc Pharmacopœiam Classicam , seu brevem hunc medicamentorum ad morbos medicos spectantium catalogum , in quo varias illorum formulas , quarum aliæ á me inventæ ; aliæ é diversis famâ claris Authoribus decerptæ sunt , in vestrum usum colligere conatus sum ; sed omnes virtute selectiores , experientia probatiores , paratu faciliores , compo-

positione simpliciores , usui Regij nostri Nosocomij accommodatiores , capsis Navium medicinalibus providendis aptiores, & , quoad potui , ita numero affatim electæ , ut vix erit alicujus momenti morbus , vel symptoma , cui subveniendo remedium hic præscriptum non inveniat. Saltem hoc unum planè vobis asserere non dubitabo , quod omnia ferè medicamenta , tam mea , quàm aliunde collecta , in hac Pharmacopœia Classica præscripta , ipsemet in praxi mea usu fréquenti confirmata , & approbata habeo , iisque utens per triginta ferè annorum spatium , quod Medicinam facio , ægrotantibus meis rarò ex votis non profuisse , observavi.

Præterea cum ex quo hoc opus laborandum suscepi , nil mihi magis cordi , curæque fuisset , quàm ut ægrotantibus prodessem ; ut in charitatem illis debitam ne turpiter delinquerem , totis meis viribus iimpensam operam dedi , ut in hoc formularum catalogo vobis proponerem, non quædam medicamenta generalia , ut faciunt aliqui , qui quamdam tantùm universalem curandi methodum sibi discunt ; sed specialia , & velut individua , utpote qui Socratem , non hominem curamus, morbo, &

mor-

morbi circumstantijs, quoad fieri possit, accommodata: hoc est: non digestivum v. g. non bechicum, non rheumaticum, & sic de alijs; sed hoc digestivum, hoc bechicum, seu hoc rheumaticum, prout huic individuo his determinatis circumstantijs, & hoc determinato morbo affecto convenit, & exhiberi debet. Quasi dicerem: præscribam, non bechica adversus tussim; sed hæc bechica adversus hanc tussim, & sic de cæteris: unde non indicationibus generalibus, quæ absurdæ, & chimericæ omnino in praxi sunt, sed particularibus intentionibus satisfaciendis medicamenta hic aptissima reperietis.

Hinc est, quod licet Medicinæ imperitis, & quibus non datum est adire Corinthum, tot medicamenta ad eundem profigandum morbum varijs concinnata modis à me hoc in opusculo præscripta nil aliud esse, quàm crambem bis coctam apponere, videatur; vobis verò, & omnibus sanioris Medicinæ Doctoribus experientissimis, quos tantum consentientes opto, ut veritati, quàm ducem sequor, adstipulemini, hoc aliter visurum, haud dubiè mihi persuadeo, intelligendo, me hanc circa eundem morbum
for-

formularum diversitatem proponere, non ut quilibet illarum quamlibet indiscriminatim arripiat; sed ut Medicus doctus, & eruditus, qui rectam callet medendi methodum, pro re nata, seu ægri, & morbi conditionibus, & circumstantijs prudenter variare queat; præsertim cum illa medicamenta, quæ primo aspectu una, & eadem esse videntur, maximam inter se habeant differentiam numericam quoad virtutem, & operandi modum; ratione cujus potiùs huic, licèt eodem specificè morbo affecto, quàm alij particulari ab illo tantùm numero distincto morbo, & individuo convenire poterit, ut quotidie observamus in praxi, quæ nos docet, suam etiam morbos, & remedia habere propriam idiosyncrassiam, seu characteristicum particulare temperamentum, quo diversè operantur ab alijs, quantumvis ejusdem sint classis, & naturæ, & ad eandem speciem ab omnibus in Arte peritis adscribi debere haud dubiè censeatur.

Plura alia, & forsán non inutilia medicamenta addere potuissem; sed cum me sobrium, quantum satis, hoc in argumento esse oportere, existimassem, non id facere decrevi; extra limites enim cresceret opus, juvenesque

Me-

Medicinæ studiosi loco scientiæ confusionem compararent, & velut per immensum campum, seu per ignotam, & vastam sylvam temerè vagantes nescirent, ubi consistere deberent, & á vera via turpiter declinarent.

Nec me pudet ex aliorum Scriptis in mea transferre medicamenta illa, quæ utilia esse comprehendi; nam præterquàmquod multa interim videbitis, quæ, cum sint omnino mea, in eorum libris non sunt obvia; Viro scientiarum cultore indignum censi haud debet, quod ex alienis meos sciam perficere labores litterarios; aliorum enim inventa usu, & dispositione nova, teste Seneca, propria, & nostra efficere, & appellare possumus, apes omni alio artifice solertiores imitando, quæ ex succis florum alienis labore proprio suum illud nunquam satis laudatum, & mirabile opus perficiunt, seu ut elegantius cecinit Poeta:

..... *Liquentia mella
Stipant, & dulci distendunt nectare cellas.*

Hujus naturæ opus in nostris Nosocomijs, non solum utile, at verò necessarium esse, ab omnibus sanæ mentis hominibus jam diu judicatum fuit; reductis enim me-

dicamentis præscribendis in titulos compendiosos, ac succinctos, in visitationibus tam Medicus, qui illa præcipit, quàm Pharmacopola, qui scribit, uno, vel duobus verbis: *emeticum usuale, decoctum diluens*, & sic de alijs, commodè, sine temporis dispendio, nec verborum commutationis periculo munus suum planè adimplere poterunt; cum è contra nova, & extensa juxta unumquemque ægrotantium in tam magno illorum numero illorum ipsorum medicamentorum formulæ concinnatio opus esset longum, molestum, fermè impossibile, multisque erroribus, & mendis, non sine infirmorum miserabilium damno, plurimùm expositum.

Nec me latet, multa ejusdem argumenti Scripta ab Antecessoribus meis in eundem finem elaborata fuisse; sed neque ideo supervacaneum, nec inutile hoc nostrum fore judicabo; multum enim licèt egissent illi probatissimi Viri, quorum memoriam, merita, & opera plurimi facio, & egomet summissus observo; sed tamen ex mente nostri moralissimi Seneceæ *non peregerunt*. Nihil ergo his veris, & excellentissimis Medicinæ Magistris de illo, quo sunt digni,

ni, gloriæ, & authoritatis cumulo detrahimus, si ut agamus bonum Patrem familias, laboremus majora, quæ accepimus, ut sicuti ab ipsis ad nos, ita á nobis ad posteros nostros locuplētior transeat ista nostra litterarum hæreditas, & accepta dos.

Formularia illa nostra antiqua, quamvis aliàs magni sint habenda, multa, ut vobismetipsis notum est, formularum laborant inopia, & præter doses in illis nil nisi nudæ compositiones leguntur, prætermisiss omnino earum virtutibus, usu, restrictionibus, & cautelis, quibus exhiberi debent: quod quàm possit esse infensum, & juvenum profectui, & ægrotantium salutis, alijs censendum relinquo.

Propterea hoc cum mihi, ex quo in hoc perveni Nosocomium, animum valdè cruciaret, mei muneris officio compulsus mecum cogitare cœpi de catalogo formularum copiosiori elaborando, in quo non huic, vel illi tantum, sed omnibus, saltem frequentioribus, & magis obvijs morbis, & symptomatibus, varia pro varia eorum conditione, & vultu, quo apparere solent in diversis diversarum circumstantiarum

rum individuis subsidia præscriberem , ad calcem cujuscumque designando , non solùm doses , & virtutes , verùm & caute- las , & restrictiones in eorum recto usu , & applicatiõne observandas , ut tam ægri , quàm Medicinæ Tyrones suum ex illo æquè emolumentum elicere possint. Qua de re cum sæpe sermones meos habuissem cum D. D. Joanne Gerbaut , Præfecto nostro clarissimo , & undequaque meritissimo , ea , qua pollet , eximia apud ægros ardenti , & semper officiosa charitate , non solùm propositum meum approbavit , verùm ad hanc , quam vobis offero , Pharmacopœiam Classicam citò perficiendam plena illa sua , qua erga nos fungitur , authoritate utens , vehementer impulit.

Verùm enimverò licèt mihi certus sim , me omnem meam operam , & industriam in hoc opere collimando , ut omnibus suis numeris absolutum evaderet , consumpsisse ; cum tamen mecum habitem , & arcus meæ scientiæ limites ego primus agnoscam , & demississimè fatear , ne forsan invitus ipsemet conatus meos everterem , & á proposito aberrarem ; simul atque illi ultimam limam imposui , per ipsummet nostrum
me-

meritissimum Præfectum , & Fautorem meum colendissimum , me postulante , Regijs Pedibus obtuli , & subjeci , hoc unum á sua Regia Catholica Majestate suppliciter deprecando , ut probatis in Arte nostra Doctoribus , quorum arbitrio me libenter submittere volebam , committeretur ad hoc , ut de eo iudicium suum candidè proferrent , addendo , vel delendo quidquid ijs prudenter arrideret , donec ad perfectionis apicem , quod unicum est meum institutum , illud perficerent , ac perpolirent : quod omne cum sic , ut in meis erat votis , effectum esset , Rex noster Clementissimus , nec littera quidem mutata , non solùm approbare , sed ut prælo daretur Suis Regijs sumptibus decernere dignatus est.

Faxit Clementissimus Deus , Fons uberri-
mus utriusque salutis , & boni , ut omnia
ex voto in Sacrosancti sui Nominis glo-
riam , proximorumque salutem , quæ duo
sunt finis adequatus nostræ Artis præstan-
tissimæ , feliciter cedant , Vosque incolu-
mes Benignus servare dignetur , ut vestris
muneribus , Regiæque Classis , & Reipu-
blicæ publicis officiis per plures annos con-
sulere possitis. VALETE.

TRAC-



TRACTATUS PRIMUS

DE

MEDICAMENTIS INTERNIS.


SECTIO PRIMA

DE

DIGESTIVIS.



Orpora , ubi quisquam purgare voluerit , inquit Medicorum maximus Hypocrates aphorismo decimo sectionis secundæ , oportet fluxa facere : id est : aptas reddere debet , tum materias , tum partes solidas , ut purgatio fiat sine noxa ;
qui



TRATADO PRIMERO

DE

LOS MEDICAMENTOS INTERNOS.

SECCION PRIMERA

DE

LOS DIGESTIVOS.



Qualquiera que quisiere purgar los cuerpos, dice el máximo de los Medicos Hypocrates en el aphorismo diez de la seccion segunda, debe antes ponerlos corrientes: esto es: aptos asi por lo q̄ toca á los humores, como por lo q̄ toca á las partes sólidas, para q̄ la evacuacion se haga sin daño;

por-

qui enim , teste Valles in expositione ejusdem aphorismi , non facta prius præparatione , corpus purgare aggreditur , multorum malorum causa est , modò purgationis necessitas non adeo instet , quod aliquando solet evenire , ut præparationis tempus expectare non liceat. Cum autem pro diversis corporibus purgandis diversæ sint proinde præparandi rationes quæ modò solida , modò sola fluida respiciant ; hinc varias digestivorum formulas præscribemus , ut suam cuique pro exigentia Medicus applicare decernat. Sed nè forsán ignorantia nota apud aliquos inurar , hoc monendum habeo , quod *digestiva* hinc non incongruè lato modo appellamus omnia illa medicamenta pharmaceutica , quæ viam præparant , seu sunt quasi præludium ad purgationem methodo faciendam , sive hoc fiat detergendo , incidendo , laxando , humectando , demulcendo , sopiendo , vel aliquocumque modo corpus disponendo , ut Practicus non inconsultò purgationem instituat.

(2)

porque á excepcion de tal qual caso , en que la necesidad es tan urgente , que no conviene esperar este tiempo de preparacion , si alguno sin esta previa diligencia se determina á purgar un cuerpo, es causa, segun Valles en la exposicion de este mismo aphorismo , de muchos males. Siendo pues por la diversidad de los cuerpos , que se han de purgar, diversos tambien los modos, con que se deben preparar, que miran unas veces á los sólidos , y otras á los liquidos; prescribiremos aqui varias formulas de digestivos , para que el Medico prudente determine la suya à cada uno segun el caso lo pidiere. Pero porque no sea que acaso padezca para con algunos la nota de ignorancia, tengo que avisar , que aqui de un modo lato , no fuera de proposito , llamo *digestivos* á todos aquellos medicamentos pharmaceuticos , que preparan el camino , ó son como un prelude para purgar con método , y hagase esto limpiando , desobstruyendo, humedeciendo , afloxando , suavizando , adormeciendo , ó de qualquiera otro modo disponiendo el cuerpo , para que el Práctico haga sin temeridad la expurgacion.

C

DI-

DIGESTIVUM SIMPLEX.

R. *Rhodosacchari* ℥ j.
Aquæ melissæ ℥ iiij.
Misce.

VIRES.

Dirigit, & detergit succos primarum viarum expurgandos. Exhibetur tepidum bis, ter, vel amplius ante expurgationem pro necessitate.

COMPOSITUM.

R. *Rhodosacchari*
Syrupi corticum citri ana ℥ β.
Tartari vitriolati ℥ β.
Salis armoniaci gr. vj.
Aquæ melissæ ℥ iiij.
Misce.

VIRES.

Ad incidendam, detergendam, &, ut dicitur, coquendam cacochiliam crassam, & tenacem primarum viarum, quæ purgari debet, aptum est remedium tepidè oblatum bis, ter, vel amplius ante catharticum.

OLEO-

DIGESTIVO SIMPLE.

R. De miel rosada ℥ j.
 Agua de torongil ℥ iiij.
 Mezclese.

VIRTUDES.

Digiere, y limpia los jugos de primeras vias, que deben expurgarse. Se dá tibio dos, tres, ó mas veces antes de la purga segun la necesidad.

COMPUESTO.

R. De miel rosada
 Lamedor de corteza de cidra.. ana ℥ β.
 Tartaro vitriolado ʒ β.
 Sal de armoniaco gr. vj.
 Agua de torongil ℥ iiij.
 Mezclese.

VIRTUDES.

Para cortar, limpiar, y, como suele decirse, co- cer el aparato grueso, y tenaz de primeras vias, que debe purgarse, es un remedio apto, dado tibio dos, tres, ó mas veces antes de la purga.

OLEOSUM.

- R.** *Rbodosacchari*
Syrupi albæ Fernelij ana $\frac{3}{4}$ ℞.
Cremoris tartari ℥ ij.
Olei amygdalarum dulcium sine igne. $\frac{3}{4}$ j.
Aquæ borraginis $\frac{3}{4}$ iiij.
Misce.

VIRES.

Præparandis dulciter ad catharsim ijs, qui calidæ sunt naturæ, fibrarum patiuntur eretismos, de hypochondriorum æstu, & inflatione conqueruntur, acresque, tenues, & hæsitantes urentes succos, sive fœculentos, sive humorales in primis vijs stagnantes habent, pro prudentia Medici repetitum, suavissimum est medicamentum.

ANODYNUM.

- R.** *Rbodosacchari*
Syrupi de corticibus citri. . ana $\frac{3}{4}$ ℞.
Salis gemmæ ℥ j.
Tincturæ castorei gutt. xij.
Laudani liquidi. gutt. viij.
Aquæ camonilæ $\frac{3}{4}$ iiij.
Misce.

OLEOSO.

R. *De miel rosada*

Lamedor de malva visco ana \bar{z} ʒ ʒ.

Cremor de tartaro $\bar{\vartheta}$ ij.

Aceyte de almendras dulces sin fuego. \bar{z} j.

Agua de borrajas \bar{z} iiij.

Mezclese.

VIRTUDES.

Para preparar dulcemente á aquellos, que son de una naturaleza caliente, se quexan de ardor, y tension en los hypocondrios, y tienen estancadas en primeras vias porciones humorales, ó feculentas acres, tenues, y urentes, repetido segun la prudencia del Medico, es un suavísimo medicamento.

ANODYNO.

R. *De miel rosada*

Lamedor de corteza de cidra. ana \bar{z} ʒ ʒ.

Sal gemma $\bar{\vartheta}$ j.

Tintura de castor gutt. xij.

Laudano liquido gutt. viij.

Agua de manzanilla \bar{z} iiij.

Mezclese.

VIR-

VIRE S.

Ubi cruditates , ut hypochondriacis solet communiter evenire , fermentationes præternaturales excitant , stomachique , & intestinorum fibras dolorificis spasmis irritant , egregiè proficit , viamque salubriter sternit ad expurgationem sine molestia tempore faciendam.

VENEREUM COMMUNE.

R. *Rbodosacchari*

Syrupi sarsæ parillæ simplicis ana $\frac{3}{4}$ ℞.

Cremoris tartari ʒ j.

Æthiopis mineralis ʒ ʒ.

Decocti sarsæ parillæ $\frac{3}{4}$ iij.

Misce.

VIRE S.

Datur lue venerea infectis per aliquot dies ante expurgationem cum profectu.

VE-

VIRTUDES.

Quando las crudezas, como suele acontecer comunmente á los hypocondriacos, excítan fermentaciones preternaturales, y irritan las fibras del estómago, y de los intestinos con contracciones dolorosas, aprovecha grandemente, y dispone saludablemente el camino para hacer à su tiempo la expurgacion sin molestia.

VENEREO COMUN.

R. *De miel rosada*

Lamedor de zarza parrilla simple. ana ℥ ʒ.

Crémor de tartaro..... ʒ j.

Ethiope mineral..... ʒ ʒ.

Cocimiento de zarza parrilla..... ℥ iiij.

Mezclese.

VIRTUDES.

Se dá á los enfermos de enfermedad gallica por algunos dias antes de la purga con provecho.

VE-

SOCIEDAD MALAGUENA DE CIENCIAS

BIBLIOTECA

VENEREUM OLEOSUM.

- R.** *Rhodosacchari* ana ℥ ʒ ss.
Syrupi sarsæ parillæ simplicis ana ℥ ʒ ss.
Cremoris tartari ʒ j.
Æthiopsis mineralis ʒ ss.
Olei dulcis sine igne ℥ j.
Decocti sarsæ parillæ ℥ iiij.
Misce.

VIRE S.

Eosdem habet usus cum digestivo communi oleoso ; sed in gallicis.

VENEREUM ANODYNUM.

- R.** *Syrupi altheæ Fernelij*
Rhodosacchari ana ℥ ʒ ss.
Cremoris tartari ʒ j.
Æthiopsis mineralis ʒ ss.
Laudani liquidi gutt. viij.
Aquæ malvarum ℥ iiij.
Misce.

VENEREO OLEOSO.

- R.** *De miel rosada*
Lamedor de zarza parrilla simple. ana ζ ℞.
Cremor de tartaro. ℞ j.
Ethiope mineral ℞ ℞.
Aceite dulce sin fuego. ζ j.
Cocimiento de zarza parrilla. . . ζ iiij.
Mezclese.

VIRTUDES.

Tiene los mismos usos, que el digestivo oleoso comun; pero en los gallicos.

VENEREO ANODYNO.

- R.** *Lamedor de malva visco de Fernelio*
Miel rosada. ana ζ ℞.
Cremor de tartaro. ℞ j.
Ethiope mineral ℞ ℞.
Laudano liquido gutt. viij.
Agua de malvas ζ iiij.
Mezclese.

D

VIR-

VIRE S.

Materias venereas in primis vijs detentas, quæ pro nimia, qua pollent acedine, dolores, spasmos, dysurias, & alia id genus mala inducere solent, potenter demulcet, & unà expulsiõni aptas reddit, ut indè expurgatio fiat sine ægritudine.

SCORBUTICUM.

R. *Syrupi fumaricæ*
Rhodosacchari ana ꝥ ʒ.
Tartari martialis solubilis ꝥ ʒ.
Aquæ cichorij ꝥ iiij.
Misce.

VIRE S.

Humores expurgandos scorbuticos digerit aliquoties exhibitum ante diem purgationis. Hoc idem digestivum erit scorbuticum anodynum, vel oleosum, addendo laudani liquidi gutt. viij. vel olei amygdalarum dulcium sine igne ꝥ j. pro indigentia morbi, seu symptomatum.

VIRTUDES.

Suaviza poderosamente, y al mismo tiempo pone aptas para la expulsión, para que después se haga la expurgación sin detrimento, las materias venereas estancadas en primeras vias, que por la demasiada acritud, que tienen, causan dolores, convulsiones, ardores de orina, y otros males de esta naturaleza.

ESCORBUTICO.

R. *De lamedor de fumaría*

Miel rosada ana $\frac{3}{6}$.

Tartaro marcial soluble . . $\frac{5}{6}$.

Agua de bicorias $\frac{3}{3}$ iij.

Mezclese.

VIRTUDES.

Digiere, dado alguna vez antes del día de la purga, los humores escorbúticos, que deben purgarse. Este mismo digestivo será escorbútico anodino, ó oleoso, añadiendo del laudano líquido gutt. viij. ó de aceite de almendras dulces sin fuego $\frac{3}{j}$. según lo pida la enfermedad, ó los accidentes.

SECTIO SECUNDA

DE

EMETICIS.

DE emeticis hoc Medicinæ candidatis, in quorum gratiam præcipuè hic formularum catalogus elaboratur, advertere vellem, ut in eorum usu, & determinatione maxima opus sit cautela, & circumspectione, utpote quod suas semper efficiunt operationes violentis partium anti-peristalticis contractionibus, & spasmis nunquam non timendis: undè teste Hoffmanno, perpetuò non sine periculo dantur, eò quòd plicis ventriculi, & intestinorum firmiter in-hærentia nervosa loca lancinando convellunt, vicinosque, non modò nervos, sed universum eorum genus in lethales convulsiones conjiciunt, & sanguinis circulum interceptando, præter alia innumera mala, quæ quotidie in praxi sequi observamus, inflammationem, sphacelum, ac deinde mortem inferre posse, non semel visum est. Ta-

SECCION SEGUNDA

DE

LOS EMETICOS.

DE los emeticos tengo esto que advertir á los que pretenden aprender la Medicina , á cuyo beneficio se trabaja principalmente este catalogo de recetas , que en su uso hay necesidad de una gran cautela , y circunspeccion , en quanto siempre hacen sus operaciones con unas violentas anti-peristalticas contracciones , que jamás no son dignas de temer : de donde , segun Hoffman , nunca se dán sin peligro ; porque pegandose á los dobleces del estomago , y intestinos , lastimando , convellen las partes nerveas , y obligan , no solamente á los nervios cercanos , sino á todos ellos á convulsiones mortales , y deteniendo el circulo de la sangre , además de otros innumerables males , que observamos en la practica , pueden inferir una inflammation , el esphacelo , y despues la muerte.

Pe-

Tamen cum eorum usus , non modò utilis , sed quandoque apud omnes omnis ævi Medicos necessarius habeatur , nos etiam , nè occasionem ægrotis proficiendi temerè rejiciamus , ad ea confugere debere , non diffitemur , modò certis semper cautelis exhibeantur. Primò : seligenda ex ijs benigniora , tutiora , & usu magis comprobata , & quæ ultra ventriculi , & intestinorum limites vix agant , ut sunt oleum amygdalarum dulcium , oleum seminis lini , oximel simplex , & scilliticum , sal vitrioli , radix hypopacoannæ , & in casu urgentiori syrupus emeticus , aqua benedicta Rulandi , tartarus emeticus ex croco metallorum , non ex vitro antimonij elaboratus , sepositis omninò fortioribus , præsertim in substantia , ut sunt elleborus albus , nicotiana , vitrum antimonij , mercurius vitæ , maximè si sit ex butyro antimonij rectificato cum præcipitatione aquæ simplicis , vel olei tartari per deliquium confectus , & id genus alia , quæ , si non perimunt , rarò gravem aliquem morbum non efficiunt.

Pero teniendose su uso por los Medicos de todo tiempo , no solo por util, sitio por necesario , nosotros tambien , no sea que temerariamente demos de mano á la ocasion de aprovechar á los enfermos , no negarémos , que debemos usar de ellos ; pero con tal , que siempre se administren con estas determinadas cautelas. Primera: se han de elegir de ellos los mas benignos , seguros , aprobados en la practica , y cuya operacion no pase los limites del estomago , y de los intestinos, como son el aceite dulce, el de linaza, el oximiel simple, y scillitico , el sal de vitriolo, la hyepacuana, y en caso mas urgente , el xarave emetico, el vino emetico , y el tartaro emetico , hecho del azafran de los metales , y no del vidrio del antimonio, dexando del todo los mas fuertes, mayormente en substancia , como son el eleboro blanco , el tabaco , el vidrio de antimonio , el mercurio de la vida , y mas si es hecho de la manteca rectificada del antimonio con la precipitacion del agua simple , ó del aceite de tartaro por deliquio , y otros de esta naturaleza, que si no quitan la vida , rara vez dexan de ocasionar alguna grave enfermedad.

Secundò: non danda, nisi ritè indicata in naturis robustis, fugiendo ab eis in debilibus, difficilibus ad vomitum, hernia aliqua laborantibus, in accessionibus, præcipuè in principio, in omni forti dolore, in spasms hystericis, & hypocondriacis, & ubi vel minima est dispositio ad hæmoptoen, in hæmorrhoidarijs, maximè instante, vel jam præsentè fluxu, in inflammationibus, in capitis idiopaticis congestionibus, & inde orta apoplexia, paralyti, epilepsia, vertigine, & sic in alijs, ubi praxis, esse nocentissima, nos docuit.

Tertiò: potius in minori, quàm majori dosi offerenda; in primo enim nullum, in secundo verò magnum nobis errandi periculum impendet.

Quartò: inter vomitiones portiones aquæ communis tepidæ larga manu offerendæ; sic enim dilutis, fluidisque factis humoribus crudis, pituitosis, & biliosis in primis vijs collectis, promptiùs ad exitum disponentur, tantoque aquæ humore partibus perfussis, mitiores erunt constrictiones á medicamento effectæ, indeque universis simul con-

Segunda: se han de dar en los robustos; no en los endeblees, en los difíciles al vomito, en las hernias, en las accesiones, y mas en el principio, en todo dolor fuerte, en los insultos hystericos, y hypochondriacos, y donde hay aun la mas minima disposicion al hemoptysis, en los hemorrhoidarios, mayormente instando, ó ya presente el fluxu, en las inflammaciones, en las congestiones esenciales de la cabeza, y por consiguiente en la apoplexia, perlesia, alfercia, mareos, y otros afectos, que nacen de ellas, donde la practica nos ha enseñado, que son dañosisimos.

Tercera: se han de dar mas bien en menor, que en mayor cantidad; porque en lo primero no hay peligro, y en lo segundo nos lo amenaza grande de errar.

Quarta: entre los vomitos se han de administrar largas porciones de agua tibia; porque desleidos asi los humores, que estan en primeras vias, se dispondrán mejor para la salida, y humedecidas las partes, las constricciones del medicamento se-

E

rán

concurrentibus circumstantijs , quoad fieri potest , securior sequetur effectus.

Ultimò : inter , & post vomitum vitanda omnia acria , actu frigida , & quæ fibras aliquo modò , vel constringere , vel irritare possint , imò cessante operatione , cibus debet esse suavis , & facilis solutionis , semperque propinanda aliqua medicina demulcens , qua sedatis partium , & humorum motibus præternaturalibus à medicamento inductis , placida laxentur membra quiete , in suamque revocetur natura concordiam.

EMETICUM USUALE.

R. *Oximellis scillitici*
Olei dulcis sine igne. ana ζ iiij.
Misce.

V I R E S.

In ijs , qui materias viscidas in fundo ventriculi stagnantes habent , suavissimè agit , si dentur cochlearia iij. vel iiij. per vices regimine antea præscripto , donec operetur pro rei exigentia.

VE-

rán mas suaves , y de aqui el efecto , en quanto sea posible , mas seguro.

Ultimamente : en la operacion , y despues de ella se deben evitar todas las cosas acres, frias , y las que pueden irritar las fibras , y por mejor decir : en cesando la operacion , la comida sea suave , y de facil digestion , y dese alguna medicina demulcente , con la qual aplacados los movimientos preternaturales de las partes , y de los humores causados por el medicamento , los miembros se aflojen con la quietud , y la naturaleza se vuelva á su antigua paz.

EMETICO USUAL.

R. *Oximiel scillitico*

Aceite dulce sin fuego. ana ꝑ̄ iiij.

Mezclese.

VIRTUDES.

En aquellos , que tienen en el fondo del estomago algunos materiales viscosos , obra blandisimamente , dando tres , ó quatro cucharadas de tiempo en tiempo con el regimen , que acabamos de prescribir , hasta que se haga la operacion segun la necesidad del caso.

VEGETABILE.

- R.** *Radicis bypepacuannæ* . . . ʒ ij.
Olei dulcis sine igne . . . ʒ ij.
Tartari vitriolati ʒ ʒ.
Aquæ communis tepidæ . . ʒ iij.
 Misce.

VIRES.

Valet idem, quod præcedens; sed efficacius operatur. Datur pro haustu in adultis, & robustis; cæterum in debilibus, & in ijs, qui teneræ adhuc sunt naturæ, & ætatis, sufficit, si offerantur cochlearia duo, tria, vel quatuor juxta vires, & ætates, repetendo in omni dimidia hora, donec sequatur evacuatio ad prudentiam Medici.

MINERALE.

- R.** *Tartari emetici* gr. iij.
Syrupi corticum citri ʒ j.
Aquæ communis tepidæ . . ʒ iij.
 Misce.

VEGETABLE.

- R.** *Raiz de bypepacuana* ʒ ij.
Aceite dulce sin fuego . . . ʒ ij.
Tartaro vitriolado ʒ ʒ.
Agua comun tibia ʒ iiij.
Mezclese.

VIRTUDES.

Vale lo mismo, que el antecedente; pero obra mas eficazmente. Dase una vez á los adultos, y robustos; pero en los debiles, y en aquellos que son todavia de tierna edad, y naturaleza, basta, si se dén dos, tres, ó quatro cucharadas segun las fuerzas, y la edad, repitiendolo en cada media hora, hasta que à prudencia del Medico se haga la evacuacion conveniente.

MINERAL.

- R.** *De tartaro emetico* gr. iiij.
Lamedor de corteza de cidra . . ʒ j.
Agua comun tibia ʒ iiij.
Mezclese.

VIR-

(13)
V I R E S.

Datur pro haustu cum regimine præcedenti in morbis ab infarctu primarum viarum ortum ducentibus , qui remedijs benignioribus cedere non sciunt. Similiter ubi fibræ, vel eò quòd naturalem sensibilitatem amisserint , vel eò quòd succis crassis , & viscosis onustæ sint , majoribus adhuc stimulis indigeant , uti posse , fatemur , syrupo emetico , vel vino emetico ex infusione croci metallorum , quæ omnia , si ritè sint elaborata , sunt remedia securissima , & valdè omnibus experta , qui Medicinam faciunt , modò sint periti ; & veras morborum indicationes , & cautelas rectè noscant.

DYSENTERICUM.

R. *Radiciſ hypēpacuannæ pulverisatæ..* ʒ ij.
Aquæ communis. ʒ iiij.

Infunde per noctem , ac deinde cola , & serva. Pulveri residuo affunde de novo

Aquæ communis. ʒ iiij.
In-

VIRTUDES.

Dase de una vez con el regimen antecedente en las enfermedades originadas de llenura de estomago, que no ceden á los remedios mas benignos. Del mismo modo quando la fibras, ó porque hayan perdido su natural sensibilidad, ó porque estando cargadas de jugos gruesos, y viscosos, necesitan aún de mayores estímulos, confieso, que podrémos usar del lamedor emetico, ó del vino emetico hecho del azafrán de los metales, que son, si están bien trabajados, unos remedios segurísimos, y muy experimentados á todos los que practican la Medicina, con tal, que sean doctos, y conozcan bien las cautelas, y indicaciones de las enfermedades.

DYSENTERICO.

R. *De raiz de hypepacuana pulverizada.* ʒ ij.
Agua comun. ʒ iiij.

Haz la infusion por una noche, y despues cue- lala, y guardala. Al polvo, que queda echa de nuevo

De agua comun. ʒ iiij.

Haz

Infunde similiter per noctem , ac deinde cola , & serva seorsim à prima infusione. Et facta tertia infusione super pulverem residuum , serva sine colatura.

Prima infusio datur manè prima die pro haustu cum regimine : secunda regimine eadem die secunda , & tertia sine colatura die tertia.

V I R E S.

Ad purgandos , & revocandos à parte affecta humores acres , & lancinantes in primis vijs hærentes , qui dysenterias , & diarrhæas pertinacissimas efficere solent , probatissimum est remedium , modò cum methodo , & à Medico docto exhibeatur.

Sed cave ab illo primò : in principio morbi antequàm sopitam habeas remedijs demulcentibus humorum acrimoniam ; tunc enim revocatis succis nocentibus ad superiora , ventriculum , & partes sanas subjacentes in transitu infelicitè afficient , & in lethales forsàn offensiones conjicient.

Secundò : ubi vel minima est suspicio
in-

Haz la infusion del mismo modo, y despues cuélala, y guardala separada. Y echa sobre el polvo restante la tercera infusion, guardala sin colarla.

La primera infusion se dá el dia primero por la mañana de una vez: la segunda el segundo dia, y la tercera, sin colar, el dia tercero con el regimen sabido.

VIRTUDES.

Para purgar, y revocar de la parte ofendida los humores acres, y corrosivos, que están pegados á las primeras vias, y causan las dysenterias, y diarreas pertinacisimas, es un remedio muy probado, con tal, que se dé con methodo, y por un Medico docto.


Pero guardate del primero: en el principio antes de haver suavizado con los demulcentes la acritud de los humores; porque entonces revocados los jugos, que dañan á las partes altas, maltratarán infelizmente en el transito el estomago, y demás partes sanas, que están debaxo del, y las harán quizá caer en daños incurables.

Segundo: si hay la mas minima sospecha
E de

inflammationis; violentis namque contractionibus à medicamento effectis citius in parte affecta sanguinis circulum consistere facies, ac proinde ægrum in immedicabilem sphacelum infallibiliter immites.

Tertio; Si causa morbi latet in sanguine; accitis enim actutum in partem læsam humoribus lædentibus, morbum augebis, & in extremum vitæ discrimen haud dubiè miserum ægotantem turpiter induces. Hoc, Juvenes Medicinæ studiosi, vobis dicere volo: radix hypepacoannæ nobile, specificum, ac fermè infallibile est remedium in dysenterijs curandis; sed non indiscriminatim, ut Medicinæ imperiti sibi persuasum habent.

SEC-



de inflamacion ; porque con las violentas contracciones del medicamento harás , que mas presto se pare el circulo en la parte enferma , y infaliblemente precipitarás al pobre enfermo á una mortificacion , que no podrá curarse .

El Tercero : si la causa del mal está en la sangre ; porque llamados de golpe los humores dañosos à la parte dañada , aumentarás la enfermedad , y sin duda neciamente llevarás al infelíz paciente al extremo de su vida. Esto , ó Jovenes aplicados à la Medicina ; quiero decir : la hyepacoana es un noble específico , y casi infalible remedio para curar las dysenterias ; pero no tan indistintamente , como se tienen persuadido los ignorantes de la Medicina.

SECTIO TERTIA

DE

PURGANTIBUS COMMUNIBUS

USITATIONIBUS.

Purgantia per alvum sunt, vel lenientia, seu laxantia, vel validiora, seu drastica. Illa magna dosi exhibita, eò quòd constant substantia benigna, & innocenti, placidè, & sine magnis ventriculi, & intestinorum commotionibus suas perficiunt operationes, & non nisi sordes alvinae, & ad summum serum è glandulis intestinalibus evehunt: Hæc efficacius, & validius nerveas, non solùm ventriculi, & intestinorum, sed universi corporis membranas, vel parva dosi propinata, instar veneni potenter adoriuntur, non semel præsentaneos, ac funestos effectus inferendo, ut multis proprijs, & alienis observationibus testatum facere potuissem: undè aliqui non infimæ

SECCION TERCERA

DE

LOS PURGANTES COMUNES MAS
USADOS.

LOS purgantes por el vientre son, ó lenientes, ó drásticos. Aquellos administrados en gran cantidad, como que constan de una substancia benigna, y inocente, hacen sus operaciones blandamente, y sin grandes conmociones del estomago, y intestinos, y no evacuan, sino los excrementos de estas partes, y quando mas el suero de las glandulas intestinales: Estos, aun dados en corta cantidad, al modo que un veneno, acometen mas eficaz, y fuertemente las membranas nerveas, no solo del estomago, y de los intestinos, sino de todo el cuerpo, causando muchas veces prontos, y funestos efectos, como yo mismo podria testificar de proprias, y ajenas observaciones: de donde algunos Medicos de credito han creido,

notæ Medici, omninò in nostris curationibus proscribenda fore, credidere.

Sed nè quid nimis; extrema enim rerum rarò non sunt vitiosa. Hac nostra Regione licèt non ita frequenter, ac in Septentrionalibus, purgantibus drasticis egeamus, tamen aliquando rectum habent usum in hydrope anasarca, & ascite, paralysi, sopore, apoplexia, & alijs morbis, ubi limpha crassa, viscida, & tenax abundat, & ob laxitatem, torporem, & sensibilitatem ferè amissam partium, fibris validiori opus est stimulo ad hoc, ut irritentur, & ad motum excretorium animentur.

Nihilominùs tamèn nunquàm non mente tenendum quàm sit vehemens, & periculosa validiorum purgantium actio, ut non nisi refracta dosi, per vices, cum methodo, ritè indicata adhibeantur, cum à nullo solida optimorum Medicorum observatione, & rationali experientia pharmacoporum genere tám perniciosa, imò lethalia symptomata induci queant, quàm ab his intempestivè, & incautè exhibitis drasticis purgantibus.

do, que esta casta de remedio del todo se habia de desterrar de nuestras curaciones.

Pero nada sea de más; pues los extremos siempre son viciosos. Aunque en esta nuestra Region no necesitemos tan freqüentemente, como en las Septentrionales, de los purgantes drasticos, tienen no obstante su buen uso alguna vez en la hydropesía, perlesía, lethargo, apoplegía, y otros males, donde peca la limpha gruesa, viscosa, y tenáz, y por la laxitud, torpeza, y sensibilidad casi perdida de las partes necesitan las fibras de algun mayor estimulo para irritarse, y tomar alma para celebrar el movimiento de exerecion.

Sin embargo nunca se ha de perder de la memoria, quan vehemente, y peligrosa sea la accion de los purgantes fuertes, para no darlos, sino en corta cantidad, por partes, con methodo, y muy bien indicados, quando por ningun otro remedio por la solida observacion, y experiencia racional de los mejores Medicos puedan inducirse tan perniciosos, ó por mejor decir, mortales accidentes, como por estos purgantes drasticos intempestiva, y incautamente administrados.

Verùm enim verò cum necessitas multoties ita nos cogat, ut meliùs sit anceps, quàm nullum remedium exhibere; nos, mediam inuendo viam, ea tantum ad usum nostrum eligemus, quæ é validiorum classe sint benigniora, tutiora, & experientia magis approbata, & experta, missis fortioribus, quæ sale acerrimo, quo pollent, humores omnes funditùs liquando, & partes violentissimè constringendo, terribilia symptomata, & vel mortem ipsam inferre, etiam cautelis omnibus adhibitis, scœpissimè visum est.

PURGANS LENIENS.

R. *Mannæ electæ* ℥ iiij.

Aquæ communis ℥ v.

Dissolve, ut artis est, ac deinde cola, & clarifica.

VIRE S.

Sordes alvinas, & humores omnes in primis vijs contentos benignissimè purgat.

Empero como la necesidad nos obliga muchas veces de manera , que sea mejor dar el peligroso , que ningun remedio ; nosotros , tomando un camino medio , para nuestro uso , de esta clase solamente elegiremos los mas benignos , seguros , y aprobados con el uso , dando de mano á los mas fuertes , que por el sal acerrimo , que gozan , derritiendo del todo los humores , y estrechando violentisimamente las partes , causan muchisimas veces , aun aplicadas todas las cautelas , terribles accidentes , y aún la muerte misma.

PURGANTE LENIENTE.

R. *De manna escogido.* $\frac{3}{4}$ iiij.

Agua comun. $\frac{3}{4}$ v.

Disuvelo S. A. y despues cuelalo , y clarificalo.

VIRTUDES.

Purga benignisimamente los excrementos del vientre , y todos los humores contenidos en primeras vias.

ANGELICUM.

- R.** *Foliorum sennæ mundatorum.* ℥ ij.
Salis tartari ℥ j.
Pulpæ tamarindorum. ℥ ℥.
Aquæ communis ℥ v.
 Fiat infusio S. A. & in colatura dissolve
Mannæ electæ. ℥ j ℥.
 Iterùm cola, & clarifica.

V I R E S.

Eosdem producit effectus, ac præcedens, sed
 efficaciore, & copiosiore.

OLEOSUM.

- R.** *Mannæ electæ.* ℥ iiij.
Cremoris tartari. ℥ j.
Aquæ communis. ℥ v.
 Dissolve, & colaturæ adde
Olei dulcis sine igne. ℥ ij.

ANGELICO.

- R.** De bojas de sen limpias . . . ʒ ij.
Sal de tartaro ʒ j.
Pulpa de tamarindos ʒ ʒ.
Agua comun ʒ v.

Hagase la infusion S. A. y en lo colado disuelve de

Manna escogido ʒ j ʒ.

Buelvelo á colar, y clarificalo.

VIRTUDES.

Tiene los mismos efectos, que el antecedente; pero mas eficaces, y copiosos.

OLEOSO.

- R.** De manna escogido . . . ʒ iiij.
Cremor de tartaro ʒ j.
Agua comun ʒ v.
Disuelvelo, y á la coladura añade
De aceite dulce sin fuego . . ʒ ij.

VIRE S.

In calidis , & siccis naturis , ubi propter humorum biliosorum fervorem , vel propter tonum fibrarum intentum dulciter agendum est , modò detur cum regimine proprio , purgat sine noxa.

COLICUM.

R. *Mannæ electæ* $\frac{z}{3}$ iiij.

Aquæ communis $\frac{z}{3}$ v.

Dissolve S. A. & colaturæ adde

Cremoris tartari

Spermatis ceti ana $\frac{z}{3}$ ij.

Tinturæ anti-colicæ gutt. x.

VIRE S.

Ad expurgandos dolore colico , & nephritico affectos aptissimum est medicamen.

SIV

DY-

VIRTUDES.

En las naturalezas calientes , y secas , en que por razon del hervor de los humores colericos , ó de la irritacion de las fibras es preciso obrar con dulzura , purga sin daño con tal, que se administre con el regimen proprio.

COLICO.

R. *De manna escogido.* \bar{z} iiij.

Agua comun. \bar{z} v.

Disuvelo S. A. y al licor colado añade de

Cremor de Tartaro

Esperma de ballena. . . ana \bar{z} ij.

Tintura anti-colica. . . gutt. x.

VIRTUDES.

Para purgar los que padecen dolor colico , y nephritico es un remedio muy apto.

Este libro es propiedad de la
Sociedad Malagueña de Cien-
cias, se suplica su devolución.

DY-

DYSENTERICUM.

R. *Rhabarbari electi*. ʒ j ʒ.

Mirabolanorum citrinorum. ʒ j.

Foliorum plantaginis. . . m. ʒ.

Aquæ communis. ʒ v.

Fiat levis decoctio S. A. & in colatura dissolve

Rhabarbari torrefacti. . . . ʒ j.

Syrupi de rhabarbaro . . . ʒ ʒ.

VIRE S.

In tenesmo , & dysenteria ad pellendam causam intestina erodentem , & ulcerantem, præsertim si priùs sopiatur demulcentibus, ut mota inermis reddatur , nulli secundum est remedium bis , vel ter exhibitum ad prudentiam Medici assistentis.

GALLICUM.

R. *Syrupi sarsæ parillæ solutivi*. . ʒ ij.

Mercurij dulcis. ʒ ʒ.

Aquæ communis ʒ ij.

Misce.

VI-



DYSENTERICO.

- R.** *De ruibarbo escogido.* ʒj ʒ.
- Mirabolanos citrinos.* ʒj.
- Hojas de llanten.* m. ʒ.
- Agua comun.* ʒ v.

Hagase un ligero cocimiento S. A. y en la coladura disuelve de

- Ruibarbo tostado.* ʒj.
- Lamedor de ruibarbo.* ʒ ʒ.

VIRTUDES.

En el pujo, y dysenteria , para expeler la causa , que lastíma , y llaga los intestinos , principalmente si antes se adormece con los remedios demulcentes , á fin que movida no ofenda , es remedio sin segundo , dado dos , ó tres veces segun la prudencia del Medico , que asiste.

GALLICO.

- R.** *De lamedor de zarza parrilla purgante.* ʒ ij.
 - Mercurio dulce* ʒ ʒ.
 - Agua comun* ʒ iij.
- Mezclese.*

VIR-

VIRES.

Exhibetur semel, bis, vel ter pro Gallicis purgandis. Sed tempore exhibitionis optimè misceantur omnia, nè mercurius fundum petat, & ibi restet. Vice mercurij dulcis substitui possunt, vel calomelani, vel æthiops mineralis pro rei exigentia; sed similiter cavendo, quòd in omnibus mercurij præparationibus, dùm in forma liquida offeruntur, adverti debet, nè subsideant.

SCORBUTICUM.

R. *Syrupi de scammonio.* . . . ʒ x.
Tartari martialis solubilis. . ʒ j.
Aquæ communis. ʒ iij.
Misce.

VIRES.

Ad scorbuto laborantes per ventrem efficacitè expurgandos remedium est nunquam non laudandum.

VIRTUDES.

Se dá una, dos, ó tres veces para purgar los Gallicos. Pero mezelese todo muy bien al tiempo de darlo, no sea que el mercurio se vaya al fondo, y quede allí. En lugar del mercurio dulce se pueden echar, ó los calomelanos, ó el ethiope mineral segun lo pida el caso; pero guardandose del mismo modo no se vayan al fondo, lo qual se debe siempre advertir en todas las preparaciones del mercurio, quando se dán en forma liquida.

ESCORBUTICO.

- R. *De lamedor de escamonea.* ʒ x.
- Tartaro marcial soluble* . . . ʒ j.
- Agua comun* ʒ iij.
- Mezclese.*

VIRTUDES.

Para purgar eficazmente los escorbutos es remedio siempre digno de alabanza.

VERMIFUGUM.

- R.** *Pulveris radice mechoacannæ.* . . ʒ ʒ.
Pulveris rhabarbari. ʒ j.
Æthiopsis mineralis
Cremoris tartari. ana ʒ ʒ.
Olei essentialis absinthii. gutt. ij.
Misce.

V I R E S.

Ad vermes enecandos, & expellendos datur cum successu ante usum pulveris nostri vermifugi infrâ præscribendi. Dissolvatur in liquore idoneo.

DRASTICUM.

- R.** *Trochiscorum Albaandal.* . . ʒ ʒ.
Salis tartari. ʒ j.
Aquæ communis. ʒ iiij.

Fiat infusio S. A. ac deindè filtra per chartam emporeticam.

V I R E S.

Secretum est remedium ex Curvo, & à me multoties expertum in curando hydrope ascite, & anasarca, lethargo, apoplexia, pa-

VERMIFUGO.

- R.** *Polvos de raiz de mechoacan.* . . ʒ ʒ.
Polvos de ruibarbo. ʒ j.
Ethiope mineral
Cremor de tartaro. ana ʒ ʒ.
Aceite esencial de agenjos. gutt. ij.
 Mezclese.

VIRTUDES.

Para matar , y expeler las lombrices se dá con sucesso antes del uso de nuestro polvo vermifugo , que se ha de recetar abaxo. Se disuelve en licor á proposito.

DRASTICO.

- R.** *Trociscos de Albandal.* ʒ ʒ.
Sal de tartaro. ʒ j.
Agua comun. ʒ iiij.

Hagase la infusion S. A. y despues filtrala por papel de estraza.

VIRTUDES.

Es un remedio secreto de Curvo , y por mi muchas veces experimentado , para curar la hydropesia ascitis, y anasarca , el lethargo , la

ralysi, & id genus alijs morbis à visciditate, lentore, & humorum tenacitate ortum ducentibus. Datur repetitis vicibus alternis diebus pro rei necessitate, & Medici iudicio in natura robustis; sed minimè in debilibus, hæmoptoicis, phthisicis, puerperis, prægnantibus, pueris, senibus, & in omnibus, qui dislacerata, vel rupta habent vasa sanguinis, vel limphæ.

SECTIO QUARTA

DE DECOCTIS ALTERANTIBUS,

ET PURGANTIBUS.

DECOCTUM DILUENS.

R. *Hordei mundi*. p. ij.
Radicis acetosæ
Cichorij
Borraginis. ana $\frac{3}{j}$.
Aquæ communis. ℥ iij.

Co-

apoplegia, la perlesia, y otros males semejantes, que traen su origen de la viscosidad, tenacidad, y crasitud de los humores. Se dá una, dos, ó mas veces segun la necesidad del caso, y juicio del Medico en dias alternados en los robustos; pero de ningun modo en los debiles, en los hemoptoicos, en los phthysicos, en las paridas, en las preñadas, en los niños, en los viejos, y en todos los que tienen, ó dislacerados, ó rotos los vasos de la sangre, ó de la limpha.

SECCION QUARTA

DE LOS COCIMIENTOS ALTERANTES,

Y PURGANTES.

COCIMIENTO DILUENTE.

R. *De cevada limpia*. p. ij.
Raiz de acederas ℥v
Chicorias
Borraja. ana $\frac{3}{4}$ j.
Agua comun. ℥ iij.

Cue-

(25)

Coque S. A. ad tertiæ partis consumptionem, ac deinde cola.

V I R E S.

In magnis febrium ardoribus datur pro potu ordinario ad sanguinem, & humores temperandos, partesque ipsorum acres, & hostiles diluendas, ut deindè sensim natura per excretoria convenientia è corpore pellat.

DIAPHORETICUM.

R. *Foliorum buglossi*
Cardui benedicti . . . ana m. j.
Florum papaveris rubri
Violarum
Borraginis ana p. j.
Aquæ fontanæ ℥ iij.

